quicumque tecum non colligit
spargit, hoc est qui christi non est an
tichristi est. Nunc igitur pro dolor
post nicenam fidem post alexandri
num iuncto pariter occidente de
cretum trium ypostaseon ab arriano
rum praesulem (prole) campensibus novellum
a me homine romano nomen exigi
tur. Qui ista quaeso apostoli prodi
dere? quis novus magister gentium
paulus haec docuit? Interrogamus
quid tres ypostasis posse arbitren
tur intellegi. Tres personas subsis
tentes aiunt. respondemus nos ita
credere. non sufficit sensus, ipsum no
men efflagitant, quia nescio quid
veneni in syllabis latet; Clamamus.
si quis tres ypostasis ut tria
enypostata hoc est ut tres subsisten
tes personas non confitetur, anathe
ma sit. Et quia vocabula non edici
mus heretici iudicamur. si quis autem
ypostasim usiam intellegens non (in) in tri
bus personis unam ypostasim dicit,
alienus a christo est, et sub hac confessione
vobiscum pariter cauterio unionis inurimur.
discernite obsecro si placet. (et) non timebo
tres ypostasis dicere si iubetis, condatur
nova post nicenam fides, et similibus verbis
cum arrianis confiteamur orthodoxi. tota
saecularium litterarum scola nihil
aliud ypostasim nisi usiam novit;
Et quisquam rogo ore sacrilego tres

substantias praedicavit? Una est dei sola na
tura quae vere est, Id enim quod subsistit
non habet aliunde sed suum est, cetera quae
creata sunt, etiam si videntur esse non sunt quia ali
quando non fuerunt. Et potest rursus non esse
quod non fuit, Deus solus qui aeternus est hoc est
qui exordium non habet essentiae nomen ve
re tenet, Idcirco et ad moysen de rubo
loquitur, Ego sum qui sum, et rursum, qui est mi
sit me, Erant utique tunc angeli, caelum terra
vel maria. Et quomodo commune nomen
essentiae proprium sibi vindicat deus? sed quia
illa (sola) est perfecta natura et in tribus personis
deitas una subsistit quae et vere una na
tura est, quisquis tria esse hoc est tres yposta
sis dicit sub nomine pietatis tres natu
ras conatur adserere, et si ita est quur
ab arrio parietibus separamur perfidia
copulati? Iungatur cum beatitudine tua
ursinus cum ambrosio societur auxentius.
Absit hoc a romana fide, sacrilegium tantum
tam religiosa (populorum) corda non hauriant, sufficiat
at nobis dicere unam substantiam tres per
sonas subsistentes perfectas aequa
les coaeternas, taceantur tres ypos
tases si placet et una teneatur. Non bonae
suspicionis est cum in eodem sensu verba
dissentiunt, sufficiat nobis memora
ta credulitas. aut si rectum putatis
tres ypostasis cum suis interpretationibus
debere nos dicere non negamus, sed
mihi credite venenum sub melle latet,
transfiguravit se angelus satanae

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0089